



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

Conring, Hermann

Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680

Ad I. Non est ex se illicitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9585

manis. Qnod si imitarentur, non magis quam illi periclitaren-
tur de jactura gratiæ & pacis humanæ: neque minus quam illi
gratiæ Dei & Pacem conscientiæ in tuto collocaorent.

SECTIO V.

Argumenta initio allata diluuntur.

Ad I.

Non est ex se illicitum.

Resp. esse ex se illicitam Pacem, qualem desiderant Pro-
testantes, satis demonstratum est ex cooperatione tum
directâ, tum indirectâ cum hæresi, ex injuriâ Creatoris
& veræ Religionis; ex violatione Officii & usurpatione
potestatis non competentis, ex comparatione cum mendacio
& denique sensu ac exemplo Pontificum, SS.PP.veterisque Ec-
clesiæ. Quàm ergo illicitum est in necessitate fidem negare, bla-
phemare, pejerare, adulterari, tam illicitum est cuiusvis necessi-
tatis aut periculi obtentu talem Pacem confirmare aut extendere.
Regula Juris in oppositum inducta procedit de illis, quæ jure
positivo aut humano, non naturâli & divino, sive secundum se
prohibita sunt, ut exemplum Sabbati & jejunii ostendit.

Ad II.

Deus mala permittit.

Resp. Regiminis Divini exemplum suffragari permissioni
primi & secundi generis, non tertii. Nam etsi Deus peccata
dissimulat ad tempus, & subinde impedit, ne contra sapientiæ
sùæ ordinem mala & mali intempestivè tollantur, peccatis ta-
men nequaquam cooperatur. Neque enim ulli concedit im-
punitatem perpetuam, aut secluso fine majoris boni; neque li-
bertatem peccandi legibus firmat, aut ad peccandum provo-
cat, vel impellit, neque virtutibus æquat, vel codem lo-
co habet, nec quicquam cum peccantibus paciscitur, nihil præ-
tegea contra officium supremi Domini & Moderatoris opti-

mi